tias cornu singulare gestabit.
In loco synagogae dns ex qua p carnem natus est. scam aecclesiam sibi in amore & contemplatione coniungit. ut que prius proxima ex cognitione id est cognita p predistinationem fuerat. postmodum iam coniuncta in amore continuo uxor fiat; Synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur. quia legis obseruationem tenens. spiritalem intellectum pdidit. & sese ad custodiam litere foris fixit.

# SENTENTIARUM LIBER PRIMUS EXPLICIT

# INCIPIT LIBER SECUNDUS DE INCARNATIONE DNI UEL NATIUITATE DNI NOSTRI IHU XPI

OMNIPOTENS DNS NOSTER.
ihs xps p maiestatis potentiam omnia circumplectitur. & tamen p dispensationis gratiam intra uterum uirginis uenit. sua dispensatione nos redimi mystis diuinitate cuncta conplectens. & humanitatem intra uterum sumens. In quo utero incarnatus est & & clausus non est &. quia & intra uterum fuit p infirmitatis substantiam. & extra mundum p potentiam maiestatis. Ueniendo xps ad redemptionem nostram. quosdam ut ita dixerim saltus dedit. & necessariam nobis est ipsos eius saltus agnoscere.
De caelo uenit in uterum. De utero uenit in psepium. De psepio uenit in crucem. De cruce uenit in sepulchrum. De sepulchro redit in caelum; ecce ut nos post se currere faceret. quosdam pro nobis manifestata p carnem ueritas dedit, quia exultauit ad currendam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0078